



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

X. Herzog Rudolph von Sachsen bestätigt die Stadt Eberswalde, am 17. Januar 1320.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

lichterveldensum civibus nostris de Ewerwolde presentibus et futuris nec non civitati ipsi distinctam et signatam sectionibus in arbores factis possidendam vsque ad pontem, qui dicitur mordbrukge, plene proprietatis titulo pacifice et quiete, nichil nobis iuris aut nostris successoribus in palude ipsa vel fundo eiusdem penitus reservantes, Sed hoc excluso, quod ciues de lichterveld presentes et futuri in eadem palude pascua suorum pecorum sine prohibitione qualicumque resservabunt. Et ne de hac liberali donatione nostra inter posteros aliqua exurgat dissencio uel dubietas, hanc literam super hoc dari iussimus nostri sigilli robore communitam. Testes vero sunt: droyseko, hennigus de Blanckenborch nostri dapiferi, Conradus de Redere, Redeko marscalcus, Otto de Ghera advocatus noster, milites; Otto venator, noster famulus, Euerardus prepositus Stolpenfis et hermannus de luchow, cum aliis fidedignis. Actum et datum werbelyn, Anno Domini M^o. CCC^o. decimo nono, quinto ydus februarii.

Nach einem alten Copialbuche. Das Original befindet sich im Stadtarchive.

X. Herzog Rudolph von Sachsen bestätigt die Stadt Eberswalde, am 17. Januar 1320.

In nomine domini amen. Rudolphus, dei gratia dux saxonie — Notum — esse volumus tam presentibus quam futuris, quod de maturo nostrorum discretorum consilio ac bona deliberatione adhibita, civitati nostre Everswolde, nec non civibus ibidem commorantibus presentibus et futuris univ[er]sa ac singula jura, pariter et omnes proprietates ac consuetudines, quas predicta civitas, atque ipsi cives predicti, ab eorum quondam dominis, principibus inclitis, recordationis dive ab antiquis temporibus habuerunt, damus et donamus, ac approbando confirmamus, prout in Instrumentis super his confectis plenius continentur, tribuentes sive dantes nichilominus premissis civibus omnes additus pariter ac recessus ac omnes vias in terris quam in aquis atque omnia pascua, gramina et ligna ac cum hoc pontem in loco, qui dicitur Rogose, tenendum, pariter univ[er]sas et singulas proprietates et libertates, quas magnificus quondam Princeps, Marchio Woldemarus Brandenburgensis beate memorie dedit sive tribuit civibus supradictis, perpetuo possidendas, que in ipsius litteris lucidius continentur. Ut autem hec nostra donatio et confirmatio a nostris successoribus non infringatur sed stabilis permaneat, presentes litteras munimine nostri sigilli duximus firmiter roborandas. Testes huius rei sunt Fridericus, Albertus, Ghevehardus et Henricus dicti de Alvensleve, Otto et Henricus, fratres pincerne de Scheyneckendorp, Otto de Roczlawe, Henricus de Rochowe, Mathyas de Bredowe, Loferus, Thydericus Greptitz, Ebele de Brifeck, milites nostri, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Everswolde, Anno domini MCCCXX, in crastino Marcelli Pape.

Aus von der Hagen's Beschreibung, S. 246. Buchholz Gesch. V 31.